UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XX. Ritter Hennekin von Hagen stiftet seine Gedächtnißfeier bei dem Kloster Marienwalde, am 4. Juni 1322.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

ram, Dominium nihilominus et omnem poteſtatem, quod vltra dictos decem manſos habuimus et habere poſsemus in dictos Abbatem et conuentum integraliter transferentes. Ne igitur alicui ſuper eo dubium oriatur et ne huiuſmodi noſtra donatio ab aliquo vel aliquibus impediatur vel aliqualiter infringatur, preſentem literam dari Juſsimus noſtro communitam ſygillo in teſtimonium euidens predictorum. Cuius teſtes ſunt Ludouicus et Ludolphus, fratres, de Wedele dicti, Henningus de Hagene et Henricus, frater ſuus, Hermannus de Grapau, Kerſtianus Morſin, Wernerus Mortſin, milites, cum pluribus aliis fidedignis. Datum et actum in ſupradicto Clauſtro Marienwalde, Anno domini M°. CCC°. XX°., in vigilia beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli, per manus Johannis Lentzen, noſtri Notarii.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 129.

XX. Ritter Hennekin von Hagen ſtiftet ſeine Gedächtnißfeier bei dem Kloſter Marienwalde, am 4. Juni 1322.

Nos Hentzekinus, miles dictus de Indagine, preſentibus proteſtamur, Quod a religioſis viris Abbate, Priore totoque conuentu in Marienwalde emimus viginti vnum manſum et cenſum vnius taberne in villa Laſcou, cum omni Jure temporibus noſtre vite poſsidendum tali tamen conditione adiecta, vt poſt mortem noſtram, Gertrudis vxor dilecta, ſolum modo viginti manſos poſſideat ad tempora ſue vite. Preterea in ſalutem anime noſtre vxorisque noſtre predicte, predictis viris Abbati, Priori totique conuentui poſt mortem noſtram XII manſos in predicta villa Laſkou, quos nobis comparauimus rita emptione damus perpetuo poſsidendos. Porro in remedio noſtrorum peccaminum et medela animarum ſepe fatis viris, Abbati, Priori totique Conuentui loci memorati donamus ac in teſtamento aſsignamus LXXX tal. flauicorum denariorum, Jta vt in tempore diſsolutionis noſtre vite L tal. et in tempore migrationis Ghertrudis noſtre vxoris XXX tal. de noſtra hereditate erogentur. In cuius noſtre donationis certitudinem preſens ſcriptum contulimus noſtri Sigilli munimine conſignatum. Teſtes huius ſunt dominus Theodericus Bloch et Lodouicus de Indagine et in maiori euidentia ſigilla eorum preſentibus ſunt appenſa. Nos quoque Conſules ciuitatis Arnſwalde, ex rogatu ſepedicti militis domini Hencekini de Indagine, ad maiorem certitudinem preſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum et actum Bloxdorff, Anno dominice Incarnationis M°. CCC°. XXII°., proxima feria ſexta ante dominicam Sancte Trinitatis.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 129.